



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola VII. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. Cinthio Aldobrandino, S.
R. E. Cardinali. Ivstvs Baronivs Veteracastrensis S. III[ustrissi]me &
Reu[erendissi]me Domine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

EPISTOLA VII.

ILL^{mo} ET REV^{mo} D. CINTHIO

Aldobrandino, S. R. E.

Cardinali.

IVSTVS BARONIVS VETE

racastrensis S.

Ill^{me} & Reu^{me} Domine.

ACCEPI paucis ab hinc diebus integrum litterarum ex vrbe fasciculum, quas inter quasi signa ducebat quartum S^t Dⁱ Nⁱ CLEMENTIS VIII. Pontificis Max. ad me miserum vermiculū *Apostolicum*. Quod vbi ego aspexi, cohorui prope admiratio- ne, atq; in sacra delapsus, tacitè tecum ex- clamare cœpi: ^a *Vnde mihi hoc, quod Sanctus* ^{a Lue. 1. 48.} *Domi- ni toties venire dignatus ad me?* Equi- dem multi sunt haud paruo loco, quibus omnis sua felicitas præ hac felicitate mea sordet, cuperentq; minis aliquot, si liceret, vnam huiusmodi membranam rediunere. Sed nec ego ex quo Regiam Domini co- gnoscere cœpi, vñquam meis quantacunq; cura exaratis litterulis persuadere potui, si- ne trepidatione sanctum illud Apostolicæ Maiestatis solium accederent, quod ipsis et iam Regibus venerationem incutere vide- bant. Verumtamen bone Deus, quanta ibi

X cle-

clementia, quanta comitas, quanta huma-
nitas hospitatur? Nunquam scribo, quin

^{b Cio. Orat.} ad me rescribat, nunquam quæro, qui re-
^{pro Flas.} spondeat. Cui verò? Mihi ^b Myorum ulti-

^{c Homer. 2.} mo, & quod aiunt ^c καρῶν Βαρβαροφώνων
^{Illiad.}

facile principi. Quæ ipsa Φιλοφροσύνη fa-
cit, ut cum nunc respondendi vicem debe-
am, litteris tamen illam, ne nimiam mihi
scribèdi licetiam arrogare, aut nouas sem-
per Bullas auctorari videar, reddere non au-
deam. Tu quæso ^{Illme} Domine, pristinis tuis
erga me meritis hoc adjice: age coram meo
nomine Pontifici Max. gratias, excusa silen-
tium, excusationemq; non ab ignauia aut
obliuionis infami crimine pete, sed à mo-
destiæ officio, quod agnoscens S. Hierony-
mus,

^{d Epist. 52.} Christiani inquit, pudoris est, interdum
^{ad Pamph.} etiam apud amicos (quanto magis apud tam
^{pro lib. suis} sublimes principes?) facere, & humilitatem
^{aduersi. lo-} suam magis silentio consolari, quam retractan-
^{suum.} do veteres litteras ambitionis crimen incurre-
re. De tuis verò litteris in præsens quoque
nil respondeo, quam gratas fuisse illas, gra-
tam gratulationem, gratissimam benevolen-
tiæ testificationem, quam vt ego perpe-
tuuo obsequiorum cultu tanquam iniecta
strue alam atq; augeam, quām potero eni-
xissimè conabor. Vale ^{Illme} Cardinalis. Mo-
gunt. 3. Idus April. M.DCIII.

EPI-